Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT.), ad fl. Jenisei (PALL.)? pr. Minusinsk! (LESSING in *herb. reg. berol.*), ad lacum Baikal inque ins. Olchon (STKLLKR ex J. G. GMULIN), in regionibus transbaikalensibus! (PALL., SIEV., TURCZ., SCHTSCHUKIN) et Davuria! (Timcz., FIUSCH. *pi. exs.*) *Q.*

*P. tennis*: minor, foliis linearibus.

*A. tenuis*. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 354.

Hab. in montosis siccis Davuriae (TURCZ.) 0.

44. *A. rytidocarpus* (LEDEB. *FL alt. Ill*, p. 315. — *Ej. Ic. pi. FL ross. t.* 203) ascendens subincanus, stipulis ovatis uncinatis acuminatisve; infimis subconcretis, foliolis oblongo-linearibus 4-jugis, spicis capitatis paucifloris, pedunculo folium subaequante, leguminibus abbreviatis subgloboso-didymis sessilibus transversim rugosis subreticulatis villosulis stylo obliquo apiculatis bilocularibus.

Hab. in Sibiria altaica, in insulis fl. Tshuja ex adverso ostii fl. Kurai! (FL. ALT.) 21.

44. *A. puberulus* (LKDEB. *FL all. Ill*, p. 299. — *Ej. Ic. pi. FL ross. t.* 211) erectus subincano-puberulus multicaulis, caulis teretibus laevibus, stipulis membraceis ovato-lanceolatis subacuminatis **liberis**, foliolis oblongis v. oblongo-linearibus obtusis 6—11-jugis, floribus racemosis subcenuis, pedunculis folio subduplo longioribus, bracteis lanceolatis pedicello subbrevioribus, calycis tubo dentibus duplo longiore, vexillo retuso alas emarginatas superante, leguminibus erectis ovato-triquetris coriaceis glaberrimis bilocularibus.

*A. puberulus*. BUNGK. *Enum. alt.* p. 68. — KAREL. et KIRIL. *Enum. yl. Fl. alt.* Nr. 240.

*A. leptostachys*. SIKVERS in WJLLD. *Spec. pi. HI*, p. 1265. — WJLLD. *herb.* Nr. 13,972.

Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT.), deserto soongoro-kirghisico inter Usunbulak et Gorkoi piket (KAREL. et KIRIL.) 4.

Leguminium, quae ipse non vidi, descriptio ex BUNOE I. c.

No men *A. puber.* nee *leptost.* retinui, ne cum planta homonyma PALL. (synon. *A. sulcati*) confundatur.

45. *A. vicioides* (LEDEB. *FL alt. Ill*, p. 301. — *Ej. Ic. pi. FL ross. t.* 280) caule erecto glabro superne subsulcato, stipulis ovato-lanceolatis subacuminatis **liberis**, foliolis oblongis obtusis suboctojugis, **floribus racemosis cernuis, pedunculis folio subduplo longioribus verius apicem pilosiusculis, bracteis ovato-lanceolatis oblongisve pedicellum subaequantibus, calycis dentibus tubo duplo brevioribus, vexillo emarginato, alis integris, leguminibus erectis ovato-triquetris coriaceis glaberrimis bilocularibus (loculis oligospermis).**

Hab. in Sibiriae altaicae pratensibus ad ntimque ripam fl. Trtysh extensi\*, in deserto barabensi v. gr. circa fodinas Nikolajew! et Loktewsk! et soongoro-kirghisico circa montes Tschingistau! (FL. ALT.) 4.

46. *A. longipes* (KAREL. et KIRIL. *Enum. pi. FL alt.* Nr. 241) caule erecto puberulo sulcato, foliolis ovatis v. ovato-oblongis obfuis 9—10-jugis, pedunculis folio 5—6-tuplo longioribus, floribus reinotis, bracteis **membranaceis** pedicellos subaequantibus, pedicellis calyce duplo



brevioribus, dentibus calycinis abbreviatis, vexillo alas integras obtusas carina longiores superante emarginato, leguminibus ovato-oblongis triquetris subbilocularibus (loculis 4sperinis).

**Hab.** in Sibirica altaicae alpinis et subalpinis Tarbagatai ad torrentem Tselicharak-Assu (KAREL. et KIIUL.). 4.

Spicae longissimae, flores valde remoti, palchre roseo-purpurascentes. Plurimis nolis accedit ad A. vicioidem, tamen tiistiicfus puhescentia, pediunculis spicisjuo longissimi\* folia 5—6tuplo superantibus, floribus magis remotis, foliolis brevioribus basi semper ovatis, pedicellis brevioribus bractens subaequantibus, nee ill is fere duplo brevioribus.

47. // *snlcatns* (L. SP. 1065) caule erecto glabro sulcato, stipitilis ovato-lanceolatis liberis, foliolis oblongo-linearibus apice integris sublljiigis, floribus racemosis erectiusculis, pedunculis absque racemo folium subaequantibus, bracteis ovatis pedicello longioribus, calycis dentibus tubum subaequantibus, vexillo emarginato, alis integris, leguminibus erectis subtriquetris acuminatis membranaceis parce compressis pilosis breviter stipitatis subunilocularibus.

A. fulcatus. WIRSD. *Spec. pi. Ill*, p. 1263. — DKC. *Prodr. I/*, p. 284. — KÄSTR. *Astragal*, p. 110. Nr. 35. — PALL. *It. Ill*, p. 515. 522. 537. 653, — LKPKCH. *It. I/*, p. 259; *III*, p. 73. — LKDBB. *Fl. alt. Ill*, p. 302. — CLAUD. *flr. des. in GÖBEL. It. II*, p. 269. — BONGARD et MKYKR. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 74. — KAREL. et KIIUL. *Enum. pi. Fl. alt.* Nr. 242.

A. leptostachyus. PAJX. *Astragal*. p. 50. Nr. 53. t. 40 (non WILLD.).

**Hab.** in Russia australi [des. caspio! (PALJ., LEPKCH., CLAUS)], Sibirica [uralensi (LHPECH.), ad lacum Karakul! (LEASING in *Kerb. reg. berol.*), altaica ad fl. Irtysh! (PALL., FL. ALT.), in deserto sooiigoio-kir^luKico pr. Aja^us (KAREL. et KIRIL.) et baikalensi in deserto alarenaia a sinistro fl. Angara (SCHISCHUKIIS ex TUKCZ. in *litt.*)] inque Davuria (PALL.). 4.

Ab A. vicioidem praeter alias notas leguminum magnitudinem, figura et structura interna facile dignoscitur.

48. A. *asper* (JACO. *Icon. rar.* I, t. 33) pilis adpressis centro affixis asper, caule erecto stricto sulcato, stipulis lanceolato-linearibus, foliolis oblongo-linearibus acutis 12—15jugis, floribus spicatis erectis, pedunculis folio plus duplo longioribus, bracteis calycis tubum diindium subaequantibus longitudine circiter dentium, vexillo emarginato, alis integris, leguminibus erecto-adpressis rectis oblongo-triquetris acuminatis coriaceis adpresso nigro-pilosis sessilibus seminibilocularibus.

A. *asper*. WILLD. *Spec. pi. III*, p. 1271. — DEC. *Astragal*, p. 135. Nr. 63. — EJ. *Prodr. II*, p. 294. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 187. — BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 936. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 142. — EICHW. *Skizae*, p. 167. — CLAUS. *Ind. des. in GÖBEL. It. I/*, p. 270.

A. chloranthus. PALL. *Astragal*, p. 30. Nr. 34. t. 25. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. JR. Nackträge* p. 300.

**Hab.** in Russia australi [Podolia australi (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), friburn. Clifton! (LEDBB.), ad Tanain (HENNING), ad Wol^am (PALL.) pr. Sarepta! (CLAUS), in deserto caspio (PALL.) inque campestribus Caucaso adjacentibus ad fl. Terek et Kuma (M. a BIEB., C. A. MEYER)]. 4.

49. A. *falcatus* (LAM. *Encycl. méth.* 7, p. 310 non DESP.)" I^8IIISOHIIS : pilis adpressis centro affixis, caule erecto striato-sulcato, stipulis lanceolatis acuminatis, foliolis oblongis acutis mucronatisve 10—20jugis, floribus racemosospicatis deflexis, racemo elongato denso, pedunculis folium

subaequantibus, bracteis calycem superantibus, leguminibus pendulis fa-  
 CH<sup>9</sup> cotnpresso-rrigonis acutis arfpresse nigro-pilosiusculis bilocularibus.

A. falcatus. PALL. *Astragal*, p. 34. Nr. 37. t. 28. r- DEC. *Astragal*, p. 141. Nr. 70. t. '26. — Ej. *Prodr.* //, p. 293. — GEOHGI. *Beschr. d. Huss. R. Sachtr.* p. 30U — C. A. MEYER. *hid. cauc.* p. 142. — HOHNACK. *Knum. Efiytabelhpol.* p. 250.

A. virhcens. AIT. *h. bete.* III, p. 73. — WILLD. *Spec. pi.* HI, p. 1272. — Due. *Astragal*, p. 201. — M. a BJEB. *Fl. t[ c. HI*, p. 490.

A. isctensis. HORTULAN.

A. microphylo affhii\*. PALL. *It.* HI, p. 683.

A. species. PALL. *It.* II, p. 55.

Hab. in Rossia australi [terra Cos»ccoruni (PALL.)J, provinciis caucasicis [promontorio raucasio alt. 400—500 licxap. (C. A. MEYER), pr. acidulam Narzana (M. a BIEH. > in Iberia! (WILJBLMS) et tenitorio Elisabethpol (HOHEKACK.)] inque Sibiriac uralensis provinria Iset (PALL., J. G. GMBL.) 4.

50. *A. nigrostriatus* (C. KOCH in *Linnaea* XV, p. 719) multicaulis sublignohus pube acipressa densa argentco-canus, caule pilis ineilio afftis nigris prociimbentibiis nigro-striato, folio I is Gjugis oblongis obtusis, spicis tel'fiinalibus axillaribusque (floribus ochroleucis), calyce nigro-8triato: dentibus longe linearibus, vexillo lineari-oblongo, legumine ar-oiato resupinato 1—2sperino (KOCH).

Hab. in Armenia (C. KOCH) 4.

Locus in genere luihi flubius.

51. *A. Cicer* (L. SP. 1067) diffusus pilosus: pilis aocumbentibus basi affuis, stipulis lanceolatis, foliolis elliptico-oblongis mucronatis 8—14jugis, floribus in raceino subcapitato ovato breviter pedicellatis, pedunoilis folio brevioribus longioribusve, bracteis lanceoatis calyce Drevioribusj leguminibus<recti\$ intlato-subglobosis hirsutis subsessilibus bilocularibus mucronatis: inucroie reflexo.

A. Cicer. WILLD. *Spec. pi.* III, p. 1274. — Due. *Prodr.* II, p. 293. — PALL. *It.* III, p. 521. 543. 548. 584. 653. 660. — GEOKGI *It.* /, p. 226. — PALL. *Astragal*, p. 37. Nr. 42. — Ej. *Ind. Taur.* — DEC. *Astragal*, p. 130. Nr. 57. — GKORGI. *Beschr. d. Iluss. R.* III, 4. p. 1184 — M. a BIBB. *Fl. t. c.* //, p. 180. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 219. — BKSSUR. *Enum.* p. 29. Nr. 937. — HÖFFT. *Cat. Kursk* p. 48. — C. A. MKYKIL. *Ind. cauc.* p. 142. — EICHW. *Skixee* p. 167. — HOHENACK. *itmm. Ktisabethpol.* p. 250. — CLAUS *Ind. des. in* GOBEL *It.* II, p. 270. — WmzEN. *Casan.* Nr. 135. — C. KOCH in *Linnaea* XV, p. 720.

A. caulibus ramosis, pedunftillis' lon^issimis, spicis ovatis arctis, foliolis ovatis obtusis. GMEL. *Fl. sib.* IV, p. 44. Nr. 58?

Hab. in Russia media [Lithuania (JUNDZ., EICHW.), Yolliyuia (BKSSER, EICHW.), Kursk (HÖFFT), Pensa! (JACQUET *pi. exs.*), Kasan (WIRZEN, C. A. MEYER in *litt.*), Saratuw! et Orenburg; (CLAUS)J et nustrali (PALL.) [Kiew (TKAVTV. in *litt.*), Podolia (BESSER), pr. Taganrog! (ELSHSGK.;/. *exs.*), adTauain (HKNWING), iii deserto caspio (PALL.) et eumano (SOKOLOFP ex PALL.)], Tauria! (PALL., M. a BIKB.) et provinciis caurnsiais (M. a BIKB.) [pr. Kislar! (BLUM), in promont. occid. circa m. Beschtau alt. 300—500 licxap. et pr. Grosnaju (C. A. MEYER), territor. Elisabethpol (HOHENACK.), Armenia (KOCH)] inque Sibiria [altaica ad J en i seam (J. G. GMKL.), baikalensi (GKORGI), orientali ad fl. Lena (J. G. GMEL.)] et Kamtschatka (J. G. GiwtL.) 4.

52. *A. secundus* (Dec. *Astragal.* p. 128. Nr. 55) procumbens glaber, stipulis ovato-oblongis margine pubescentibus bracteisque foliaceis, foliolis ovatis 4—5jugis, pedunculis folio longioribus, floribus seenndis patulis, calycibus truncatis, legninibus stipitatis couipressis obliogis glabri&.

A. FPPiindus. Pom. *Encyd. mrth. SvppL* 1, p. 512. — DEC. *Prodr. //*. p. 292.  
Hab. in S'ibiria australi (DEC.)- 4.

Caulis herbaceus, procumbens, cylimiriciis, sulcatus, glaber, ramo\*  
sus. Stipulae binae, foliaoeae, ovato-oblongae, inngnae, margine pitbes-  
rentes. Foliorum petiolus sulcatus,\* 12—15 ceuriinet. lougts. Foliola  
9—11, opposita, ovata, obtusa, g lab pa, 3 centiinet. longa, 15 millimet.  
lata. Pedtmciili axillares, midi, folio paulo Inngiores. Flores 7— 10,  
secundi, periecellati, aggregati, pafuli. Bracteeae folincoae, ovato-oblon-  
gae, margine pubescentes, ppclicello longiores. Calyx cyliudricus, trun-  
catus, pallirius, vix 5-deiftatua. Corolla ex albo flavicaiitf, calyce longior.  
Vexillum ovatuin, obtiisum, extus rcvolutiturn, alls aoquale. Alae stipi-  
tatae: limbo lato, basi hinc profunde appendiculnto. Carina alis sub-  
aequalis. Legumen intra cnlycoin pedicel la turn , oblongum, utrinque  
acutum, coinpressum, glabrum, polyspermum.

Affinis A. glyoiphylo. Differt stipulis et bract«»is foliareis, foliis  
glabris, floribus secundis, calycibus truncalis, legiininibiis pedicellatis.  
(DEC. *Adrag. I. c.*)

53. A. (*glycyphyUo8* (L. SP. 100?) prooumbens fere glabriusculus,  
stipulis oblongis ellipticisve mucronatis acuniiiintisve parce ciliatis, folio-  
lis ovato-elliptinis 5—6jugis, ract'inis ovato-oblongis, pedunctilU folia  
2—3plove brevioribus, leguminibus arcuatis sparsis erect is deinuni con-  
niventibns lineari-oblongis coinpresso-triqiietris canaliculatis glnbriuscu-  
lis bilocularibus obscure stipitatis sensiin attcnuatis in stipirem crassum  
calyce breviorcm.

A. plicyphyllos. WILLD. *Spec. pi. Ill* 7, p. 1276. — DKC. *Prodr. II*, p. 292. —  
PAKL. *Astragal*, p. 96. Nr. 102. — DEC. *Astragal*, p. 127. Nr. 54. — PALL.  
*It. Ill*, p. 637. — S. G. GMEL. *It. /*, p. 150. — LBPBCH. *It. /*, p. 30. 196',  
*III*, p. 140. — FISCH. *fi&/*. p. 272. — FALK. *Beitr. //*, p. 2\*27. — GILDENST.  
*It. 1*, p. 112 195; *//*, p. 187. 321. 327. 343. — STEPHAN. *Fl mosq.* Nr. 494.  
— PALL. *lad. Taur.* — GKOKGI. *Deachr. d. Rustt, H. Ill*, 4. p. 1184. —  
M. a BIBB. *FL t c. II*, p. 189. — JUKDZ. *Fl. litkuan.* p. 218. — TIAHT. *FL*  
*mosq.* p. 128. — BKSSKR. *Euum.* p. 29. Nr. 938. — LUCÉ. *FL osiL* p. 416.  
— HÖFVT. *Cat. Kursk*, p. 48. — LEDUB. *FL alt. HL* p. 346. — C. A. MKYER.  
*Ind. cauc.* p. 142. — EICHWALD. »sfci\*se p. 167. — Ej. *easp. eauc.* p. 29. —  
CLAUS *Ind. des. in GÖBEL It. II*, p. 270. — HOHRNACK. *Enum. Talusch.* p. 108.  
— FLEJRCH. et LIIVDLM. *Fl. d. Ostseeproo.* p. 256.

A. Riviui. ERNDT. *Virid. Warsaw*, p. 18.

A. lunatus. GILIBKRT. *FL IWwan. IV.* p. 110. — Ej. *Exerc. phytol. /*. p. 267.

A. galegiformis. HOHENACK. *Evum\* ElisabethpoL* p. 250.

Hab. in Rossia [usque ad Wolgam, etiam in borealioribus (PAT.L)] media [ins.  
Osilia (LUCÉ), Livonia! (Fiscn.), Curonia (FLEISCH. et LINDKM.), Lithuania  
(GILIB., JtNnz. j EICHW.), Warsawia (EIINDT.), Volliyniu (BKSSKR, EICHW.),  
Kursk <HÖFFT), Mosqua (STEPHAN, MART.), Wlaclimir pr. Muioni ^LKPCKH.),  
Pensa! (JACQUKT. *pL e.vs.*), Kasan (LKPCKH., FALK, C A. MKYKK MI W\*),  
Wi&tku (LEPUCH.), Perm (PALL.), Saratow (CLAUS)] et nustrali (Kicv  
(G&LDENST., TKAUTV.in f/ff.), Podolia <BESSKR), Ucraina (GiLDKISKKT.), adTaiiain  
(S. G. GMEL., GÜLDKNKT., HNNNING), in (Wsortis ad utrumque Wolgne littiis  
extensis (FALK)!, Tauria (PALL., M. a BIEB.) et provinciia cancasiris  
• (PALL., M. a BIEB.) [ad fl. Terek (GÖLDENST.), in promontorio, m. Bewhtau  
alt. 200—380 hexap nec non pr. castellum Grosnaja (C. A. MKYER), J n g o m-  
chetia (Eichw.), territ. Elisabethpol, m. Sarial, provinc. Karabagh et pr. Leu-  
kora (HOHENACK)] inque Sibiria uralensi pr. Jekaterinaeburg (USPENSKI)  
et altaica (FL. ALT. ad fl. Ob (PALL.). 4.

54. A. *glycyphyloides* (DKC. *Prodr. II*^ p. 292) procumbens pnbes-  
cens, stipulis cihatis; infimis Innceolatis; reliqni^'^ lanneolato-linearibus

elongato-siibulatis, foliolis ellipticis 5—Sjtigis, race mis abbreviatis ovatfa, pedutMMilis folio brevioribus, leguminibus subsemndis patentibus rectis oblongis depressis canaliculatis glabris bilocularibus inanifeste stipitatis abi'ipte ntentiatis in stipitem cnlyccm suhaequuntein.

**A. glycyphyloides.** G. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 142.

A. uliginoKiib. M. a BIEB. *Fl. t. c. It.* p. 188 (fcxcl. syn.] ex C. A. MKYER). — EICHW. *caspi. cane*, p. 20.

Hab. iiiTauriuc v»Ile Baidari! (PARBOT *pi. exs.*) incjue provinciis r.aucensicis | Iberia (STKV. OX DEC, WILH:MVIS *pi. exs.*), in sylvis i idiom's oripntalis (M. abiEB.), Sjinchetia (EICHW. < in sylvis m.Taliisi h, alt. 500—700 hoxap. (C. A. MEYER)]. 4.

**55. A. phacaefirmis** (BUNGE. *Enum. alt. p.* (19) suberectus pilositisculus, stipulis ovatis lanceolatisve subacuminatis, foliolis oblongis acutis 6—Sjugis, floribus in raceino cylindraco denso deniuin laxiuscnlo subnutantibus, peduicnlis folio longioribus, flis apice bifid is, leguininibiis rectis oblongis utrinqie acutis triquetris canalioulatis glabris bilocularibus secundis longe stipitatis: stipite calycem dupluni subsiiperante; junioribiis orectis; adultis subpendulis.

**Phaca anstialis.** LEDBB. *Ft. alt. III*, p. 270 (non L.).

**Phaca australis** (3. altaica. FISCH. in DEC. *Prodr. II*, p. 274.

Hah. in SibiHa ultaica! (FL. ALT.). 4.

Planta ilorifera si mil lima est A. bifido TURCZ., fructifera vero ob legiimina stipitata primo intuitu dignoscendn. — Variat foliolis latioribus et angustioribus, supra glabris et titrinque pills adpressis plus minus dense adspersis.

**56. A. galcgaeformis** (L. Sp. 1066) caule erecto glabriusculo, stipulis lanceolatis inarcescentibus, foliolis elliptico-oblongis supra glabris subtus pilis adpressis pubescentibus 12—15jugis, floribus in race mo cylindraco elongato pendulis, pedunculis (absque raceino) folio brevioribus, legiiniuihus semi-elliptico-oblongis utrinqie acutis triquetris canalicufatis glabris pendulis longe stipitatis bilocularibus: oculis monospermis.

A. palcgaeformis. WILLD. *Spec. pi. III*, p. 1271. — Dnc. *Prodr. #/*, p. 294. — PALL. *Astragal*, p. 35. Nr. 38. t. 29. — DEC. *Astragal*, p. 133. Nr. 61. — GEORGI. *Benchr. d. Rnss. R. III*, 4. p. 1183; *Nachtr.* p. 296. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 187. — C. A. MEYER. *Ind. cane.* p. 142. — EICHW. *caspi. eaue.* p. 22. 26. 29.

Hab. in provinciifl caucasicis [ad fl. Terek (GU'LDENKT. ex PALL., M. a BIEB.), pr. acidulam Naizana (M. a BIEB.)] in promontorio et in repone subalpina totius caurasi, alt. 300—800 hexap. (C. A. MEYEH), Min^relia (EJCHW.), Iberia! (VVILH., EICHW.), Kaehetia (EICHW.) et Somcbetia! (EICHW., HOIENACK. *pi-exs.*)] 4.

**57. A. davuricus** (DEC. *Prodr. ' //*, p. 285) erectus pilosus, stipnlis liberis; inferioribus lanceolato-linearibus acuminatis; superioribus setaceis, foliolis oblongo-ellipticis mucronatis 5—Djugis, racomis niultifloris peduncnlatis folio longioribus, bracteis setareis ealycis tubiim superantibus, denfibti\* calycinis setaceis; 2 superioribus tubo paruin; 3 inferioribus illo dnplo triplove longioribus, leguminibus erectis incurvis subtriquetris pilosis bilocularibus (loculis polyspermis).

A. davuricus. LEDEB. *Fl. alt. ' //*, p. 310. — Ej. *Ic. pi. Fl. ross.* t. 318. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 355. — C. KOCH in *Linnaea XV*, p. 719.

Phaca davurica. PALL. */\*. III\** p. 321.

Galega davurica. PALL. *J\*. //*, app. p. 742. Nr. 107. t. W. f. 1. — WILLD. *Spec. pi. III*, p. 234.

**Tephrosia** davurica. PKP.S. *Sifn. It.* p. 328. — ««»»wr., *St/st. Vrg, lit*, p. 234.

Hab. in proviniois cauoasicis [in deserto ad monasterium Efschmiadsin (C. KOCH)] in Sibiriae altaicae twrtii Wicntali! (FL. ALT.), tr a n a b a i k a l e n s i! (PALL., TUHCZ., SHTSCHUKIN) et Dayuria (PALL., TURCZ.). © v. ©.

Pla?ita caucasica differt a planta Pallasiana caule adsoenrlente, dentibus calycinis longe linearibus, pilis adpressis, stipulis brevioribus (C. KOCH l. c).

58. *A. oriiculatus* (LEDBB. *FL alt. III*, p. 311 (excl. syn. SIEVERS). — *Ej. Ic. pl. F. ross. t. 290*) villosus procumbens v. erectiusculus, stipulis liberis; inferioribus suborbiculatis mucronatis; superioribus rameisque ovatis acuminatis oblongisve, foliolis suborbiculatis mucronatis 6—11jugis, racemis subfrifloris pedunculatis, pedunculo folium clididiuui subaequante, bracteis oblongo-linearibus calycis tubum superantibus, dentibus calycinis lanceolato-linearibus tubum aequantibus, leguminibus subellipticis compressis mucronatis villosis calyce vix duplo longioribus bilocularibus.

*A. orbiculatus*. BONG, et MBYER. *Suppl FL alt.* Nr. 81.

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Irtysh infra ostium fl. Bukan! (FL. ALT.). 4.

59. *A. roseus* (LEDEB. *FL alt. III*, p. 310. — *Ej. Ja. pi. FL ross. t. 300*) erectus v. ascendens, caule albo-villoso, stipulis lanceolatis acuminatis extus villosis, foliolis 5—11jugis obovato-ellipticis inranovillosis, spicis capitatis subglobosis, pedunculis folio 2—5plo brevioribus, calycis villosi dentibus setaceis tubum superantibus corollam subnequantibus, leguminibus obovatis triquetris calycis tubum parum superantibus lanatis unilocularibus.

*A. roseus*. BONG, et MKYKR. *Suppl Fl. alt.* Nr. 90. — KARIX. et KIRIL. *Enum. pi. Fl. alt.* Nr. 258.

Hab. in campestribus salubris Sibiriae altaicae ad fl. Irtysh inque des. barabensi et soongoro-kirgisis! (FL. ALT., KARUL. et KIKIL.)\* 4.

60. *A. candidissimus* (LEDEB. *FL alt. III*, p. 309. — *Ej. Ic. pK FL ross. t. 287*) albo-tomentosolanatus, radice repente, caule erecto, stipulis ovato-lanceolatis acuminatis intus glabris, foliolis suborbiculatis mucronatis 7—10jugis, spicis capitatis, pedunculis folium subaequantibus, calycis dentibus tubo 3—4plo brevioribus, leguminibus inflato-ovatis longissime reflexo-acuminatis pubescenti-villosis deinum subglabris calyce multo majoribus bilocularibus.

*A. candidissimus*. BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 80.

Hab. in Sibiriae altaicae arenosis ad fl. Irtysh inter fl. Kurtschum et Narym in cum influentes! (FL. ALT.). 4\*

61. *A. dasyanthus* (PALL. *It. HI*, p. 749. Nr. 119. t. Gg\*. f. 1. A) villosus erectus v. ascendens, stipulis ovatis lanceolatisve membranaceis extus villosis, foliolis ellipticis v. ovato-oblongis submicroinatis 10—16jugis, spicis capitatis subglobosis, pedunculis folio brevioribus, calycis dentibus lanceolato-linearibus tubum subaequantibus, leguminibus ovato-triquetris villosis calycis tubo subduplo longioribus.

*A. dasyanthus*. PALL. *Astragal*, p. 79. Nr. 86. t. 65. — DEC. *Astragal*, p. 170. Nr. 108. — GBORGI. *Beschr. d. Russ. U. III*, 4. p. 1188 (PALL. *It. falso pit.*). — WILLD. *Spec. pi. HI*, p. 1260. — DEC. *Prodr. II*, p. 301. — M. a BIKB. *Fl. t. c. II*, p. 184. — BESSEH. *Enum.* p. 29. Nr. 932. — SCHRANK in *Flora 1822. II*, p. 645. — C. A. MEYER, *Ind. cauc.* p. 143. — Eiciw. *Skizze.* p. 167. — CLAUS *Ind. des. in GÖREL It. II*, p. 270.

*A. caprinus*. (non L.) PALL. *It. II*, p. 329. — GBORGI. *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. U86.

*A. eriocephalus*. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Ungar.* I, p. 45. t. 46.

Hab. in Russia australi (Kiew (TRAUTV. in *lift.*), Podolia (BESKR., EICHW.), Ucraina (TSCHKNAJEV ex SCHKANK), Cherson! (M. a BIKE., EICHW.), Jekaterinoslaw (M. a BIEB.), ad Wolgam! (CLAUS, BMJM in doerto conspicio (PALL.) in quo tam pestibus us Caucasus subjacentibus (M. a BIEB., C. A. MKYKIL.) 4\*

62. *A. Claitm* (C. A. MEYER in CLAUS *Ind. dcs. in GÖBEL // II*, p. 2b'5. t. 5) erectus, caule glabriusculo, stiptilis lanceolatis, foliis JO—rijugis ova f. is v. ovato-ellipticis obtusis subtus v. hirsutis, racemis axillaribus laxis folio sublongioribus, calycis pilosissimi dentibus linearibus tubo cylindraceo corollaque sublongioribus, ovario villosis, stylo toto piloso, leguminibus . . . . .

Hab. in deserti cuspidibus gypsaceis Arsarg-ar didis (CLAUS). 2].

Radix . . . . Caulis erectus, simplex, angulatus, pilis raris mollibus albis punctulatis adpersus, subglaber: internodiis 2—3 poll., longis. Folia distantia, 10—12juga; petiolus communis 4—5 poll., longus, erecto-patulus, teretiusculus, subvillosus; foliola distantia, opposita v. alterna, petiolulata, ovata, obtusa, lin. 6—8 longa, 4 in. lata v. (foliorum superiorum) paulo minor, omnia superne glabra, subtus pilis mollibus natis patulis villosa. Stipulae herbaceae, lanceolatae, 6—8 lin. longae, petiolo ima basi adnatae, caeterum libere, in argine villosa brevi pilisque elongatis copiosis barbatae. Racemi axillares, longitudine folium aequantes v. paulo superantes, erecti, laxi, multiflori; pedunculus communis teretiusculus, crassitie illi emporetici, basi nudus, i. e. natis foliorum ornati: pedicelli erecto-patuli, 6—7 lin. longi, villosi, bractea lineari-lanceolata 4—6 lin. longa piloso-ciliata suffulta, bracteis praeterea bracteolis suboppositis setaceis 5 lin. longis in media parte instructi. Calyx pilis patentibus elongatis albis villosissimus: tubus 4 lin. longus, natis bracteis, basi hinc gibbus; dentes subaequales, lineares, apice saepe reflexi, longitudine tubi calycis v. paulo longiores, sinibus inter dentes rotundatis. Corolla flavescens, calyce fere brevior. Vexillum ovato-oblongum, apice emarginatum, dorso subpubescens, alis ovarinae paulo longius, ungue lato complicato caeterum piano v. interdum transverse plicato-crispato ideoque abbreviato stipatum. Alae carina vix longiores, falcatae, obtusae, semisagittatae, ungue filiformi recto v. plicato-crispato suffultae. Carina ut in *A. vulpino*. Stamina diadelphea, subaequilonga; filamenta glabra; antherae parvae, flavae. Ovarium pluriovulatum, pilosissimum. Stylus filiformis, a basi usque ad apicem pilosus. Stigma parvum, subcapitatum. Legumen ignotum. — Species distinctissima, habitu (si inflorescentiam praetermittas), foliis, stipulis, nec non calycibus *A. vulpino* similis, sed inflorescentia racemosa potius cum *A. Schanginiano* et longifloro convenit (C. A. MEYER l. c.).

63. *A\* virgatus* (PALL. *Astragal*, p. 20. Nr. 25. t. 18 fexcl. syn. LINN.) pilis bipartitis adpressis plus, minus canescens erectus, caule basi lignescente, stipulis membranaceis ovatis lanceolatisve, petiolis foliolo brevioribus v. illud subaequantibus, foliolis oblongo-linearibus ellipticisve 6—10jugis, floribus racemoso-spicatis brevissime pedicellatis, racemis elongatis laxis, pedunculis fere duplo longioribus, bracteis lanceolato-linearibus pediculis superantibus, calyce pilis simplicibus, patulis obtecto: dentibus setaceis; longioribus tubum dimidium superantibus, leguminibus erectis oblongis triquetris oblique rostratis adpresse pilosis dimidiis subduplo longioribus semibilocularibus.

A. **virgahu**. WHAM. *Spec. yl. III*, p. lie 7. — Dfic. *Prorf. II%* p. 285. — G; *onct. Betehreib. d. tints. II. Naehtr.* p. 3 HO. — RI. a MUD. *Ft. t. e. II*, p. 187; 1//. p. 488. — BESSKR. *£num.* p. 29. Nr. 934. — i achw. *Skisse.* p. 167. — Kj. *Cngp.* <sup>^</sup> *cane.* \>. I, 4. -- Cr. MS *lml. dr.*; to GUBKI, /(. Jf, p. •;64.

A. **varins**. S, <. GMEL. /(. / . p, u s. t. 17; *II.* \>. Iflc? — M. a *Bien. casp.* p. 188. app. Ni. 58. — Dso. *istragat.* \>. 109. I/r. 34. — PBM. *Syn. II.* p. 337.

A. **'bobtnieiiis**. J. MATBR m *AlihuntU. d. bohaj. ties., HL.* 1787. p. 314. t. i.

A. **lirachyloboi**. Due. IVOJJ\*. //, p. iB5. — CLAVS imf. (ic\*. m *Gitnio. It. II.* p. 214.

A. **aimnojihiltiH**. M, a BIKB. in *Hit.* (ex GCKSKII »n *Flora 1S33. II. Beihl.* \>. 33). — EICHW. *Skisuse.* \>. Hi7.

A. **eaulibos Bubramosia, ftoribue et foHolis Itads**. CIMBL. f/, #ti. yr; p. 50. Nr. 65.

A, iin:nuiis frtiiR-nsus. juliis viriai\ !' DUKB. *Git III*, |t. 21. t. 37.

^ **uratenzia** (D^c. I. r.J cauilibus p«dunqolo brevioribnj n«cemis p aucifiarifi.

A, .subtln dis in **alensis**. PAIX. *Astragal*, p. 23. Nr. 17. vnr. 3'. t. 20. C. — M. a BIKH. f/. \*. c '///j p. 493 in notn ad A. **macrolobisin**,

A. pcelliititilis lini^issiiuw, **floribus** laxis, **foliolis** nuiltis ellipticis incav-is. GMEL. *Ft. fib. IV*, p. 4S, Nr. 64?

Hib. in PIOSM;I media [Woronesch (S. Ci. GIHEL.), Penk! (JACQRT ;>, cas.), **Simbirsk**, Sflmtovr ! ei **Orenburg!** (CLAUS I rt fttmtrali [Podolia australi! (AM>HZ. CX BHSSBR, EICHW.), **gob. Gherson!** (M. a V-IBB., EICHW.), ad **Tanain** (GE. titin ex PALL., M. H Uiiu . III^MX;) rt Wulfjmn I M. a BIKB.) pr. **Sarepta!** (CLves) et **Astrahan!** (LBHCHS 1^; J, (>. GMKL., EICWW.), in des. caspio (M. a BIEB., CLAVS), ad t. Drill! (PALL., LISSING in *herb. rrg. bcol.j*] imjuc de; **catw** a s.! (M. • limn., \*STEVEN). pr. **Tarki!** (EICHW.), ft. t.

^ **circa promontoria ural ensia ihtor R. Kama et Samjrfa!** (P.U.L., CLAVS); in provloc. is<t nd fl. **Ural?** (J. Ot G«feL), y,

A. **brachylobuSi DKC.** n **genlna specie non differt nisi foliolis** siiepiis pauciorlboa angostioribus, noti^ inaxiioe variabilibns, et legh-minil)ns (ex DEC.) vix caJyce longiorlbas, qaae vero in spedminibus nostris Ill odo citlycem subaejuantia. wodo illo duplo longiora 'sunt.

Vnr. {\$, tlijus tiuitinn specimina JTorii'er.i coram habeo, species foisan eat distinct\*.

C4. A. **scoparius** (SCHREKK. *Enum. pi. nov.* p. S2) perennis setis bipartitis adpressls apgenteo-ineanna, caaliboB DPevisimis hevbftcels, folioiis :vngnste ohlongts ncatinscuiifl 4 — ^j" g\*<sup>s</sup>, Incuuis elongatis interrupiis longissime pedaricalatiftj bracteis pedicetlornm longitttdlno, caly-oibus tnbulosie Ieguiniljns(ji)C setis bipartiti.s inoumbentibus scahrjs, dent i bus abbrevlAtls , I eg 11 minibus oblong is triquetris rostriitKs caiyce uilongioribus.

Hab. in Siljirin nltnica [proinoutoria monL Alahin (Iscrti soon»-oro-l'irghisiei (SCHREKK)]. • 4-

Affinis A virgftfo et praecipae A. argentoo, sed differt caulibus lierhsceis (uon fruiirulosij brevissimis. racemla cum peduneuJo t<"igis-^in>is, praeterea ditfert ab A. virgato calycibas setis bipartitis ^'pres-sis scabria (in illo pilis aimplicibus patentibus hirtis), nb A. 'argenteo lefrmiinihus brevioribus.

Caidea IKeVIs, '2 poll, iongi, dense folios; Sti[iialae'panrat, subotfttae, ftofae. Foliorum rachia 3 v. 4 poll, longfl. Folinla 3—4 ""• Longa, 1^—2 ""• I'ifi; terminale majns. Raceini cuiu pednnculo pedales aesqui-pedfilesvo, vnriiis brevioies, folia semper long\* escedeiites. Flores dtetantes, pediceHo brevi fulti, iilis A. argenti pi \. A.

virgati similes. Calyx pro more *A. argentei* sefulis albis aliisque paucioribus nigris, omnibus bipartitis atque arete incumbentibus, scabek\*. Legumina (nondura perfecte niatura) illis \* *A. virgati* valde similia. (SCHRBNK I. C.)

G5. *A. podocarpus* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 143) perennis pilis setaeformibus adpressis basi nffixis canescens, caulibus ramosis diffusis v. erectis, stipulis lauceolatis, foliolis sublinearibus elongatis acutis 3—Ojugis, spicis densifloris oblongis, pedunculis folio 2—,3plo longioribus, leguminibus ovato-oblongis cylindraceo-triquetris canaliculatis in acumen deilexu in attenuatis villosissimis bilocularibus stipitatis: stipite calyce dimidio brevior.

*A. podocarpus.* HOHNACK. *Enum. Talitsch.* p. 108.

Hab. in cam pis et ngris mont. Tafusch pr. pagum Suwant, alt. 670he\*ap. (C. A. MEYER, HOHNACK.). 4.

60. *A. pallescens* (M. a BIEB. *FL t. c. Ill,* p. 4S9) pilis bipartitis adpressis subcaicisceiis, caule basi adscendente sublignescente, stipulis herbaceis lanceolatis subfalcatis, petiolis foliolo longioribus, foliolis oblongo-linearibus subjugis, floribus i\*acemoso-spicatis brevissime pedicellatis, racemis elongatis laxis, pedunculis folio 3plo longioribus, bracteis lanceolato-linearibus pedicellum superantibus, calyce pilis simplicibus patulis obtecto: dentibus setaceis; longioribus tubum dimidium superantibus, leguminibus erectis oblongis subtriquetris rectiuscule rostratis subndpresse pilosis calyce subduplo longioribus semibilocularibus.

*A. pallescens.* DUE. *Prodr. //,* p. 294. — EICHW. *Skis&e.* p. 167. — CLAUS *Ind. des. in GUDEL It. II,* p. 270.

*A. cinereus.* BESSEH. *Enum.* p. 29. Nr. 935.

Hab. in Russia australi [Podolia australi (ANDRZ. ex BESSER, EICHW., BESSER, in *herb. reg. herol.*), gub. Cberson (M. a BIEB.), ad Wolgam inferiorem (CLAUS)]. 4.

67. *A. amarus* (PALL. *Astragal,* p. S. Mr. 11. t. 6) erectus glaber, stipulis foliaceis lunatis+liberis; infimis subconcreto-vaginatibus, foliolis lato-ellipticis v. suborbiculatis 3—Tjugis floribusque racemoso-spicatis brevissime pedicellatis remotis, racemis pedunculatis laxis folium superantibus, calyce glabro: dentibus tubo piuries brevioribus, leguminibus paten tissimis apice adscendente subfalcatis oblique rostratis glaberrimis bilocularibus.

*A. amarus.* WILLD. *Spec. pi. III,* p. 1328. — DEC. *Prodr. II,* p. 299. — GOR. *Veschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299. — CLAUS *Ind. des. in GÖBEL I\*. //,* p. 2C6. t. 3.

Hab. in Russia australi [deserti caspii collibus gypsaceis Arsargar copiosissime, nec aliq ubservatus (PAIJ., CLAUS)] 4.

Filamenta minime libera, sed pro more generis diadelphba.

68. *A. erioceras* (FISCH. et MEYER ex KARELIN *miss.*) caulibus erectis v. adscendentibus pilis bipartitis adpressis sericeo-incanis, stipulis foliaceis ovatis oblongisve intus glabris, foliolis 3—4jugis; foliorum inferiorum elliptico-oblongis; superiorum oblongo-linearibus; junioribus sericeis; adultis plus minus incanis: pilis bipartitis adpressis, racemis abbreviatis paucifloris, pedunculis folio brevioribus, bracteis ovatis oblongisve nigro-pilosis pedicellum subaequantibus, dentibus calycinis



subulatis tubo basi gibboso 4plo brevioribus, leguminibus patentibus oblongis compresso-triquetris arcuatim adscendentibus villo albo longo obtectis bilocularibus calyce plus duplo longioribus.

**Hab. in littore orientali m. caspii! (KARELIN). 4.**

Radix multiceps. Caules plures, 3 v. adsum in u in 6 poll, alti, erecti v. obliqui v. rarius adscendentes, plerumque simplices v. rarius ad basin ramo aucti. Folia inferiora plerumque e foliolis 7 elliptico-oblongis, superiora e foliolis 9 linearibus v. oblongo-linearibus composita. Race mi 3—5flori. Calyx elongatus,  $\frac{1}{2}$  longitudinis totius floris occupans, Legumen arcuatum, ad suturam inferiorem 1—1 $\frac{1}{2}$  poll, longum, 2 circiter lin. iatum.

69. *A. subbijugus*: pilis bipartitis adpressis sericeo-incanus, canlibus abbreviatis erectis v. adscendentibus, stipulis membranaceis ovato-lanceolatis intus glabris, foliolis inferioribus 5-; superioribus sub 3-foliolatis: foliolis oblongis ellipticisve utrinque acutis versus basin subattenuatis; terminali submajore; racemis 2—5floris, ped 11 nulis folio subbrevioribus, bracteis ovato-lanceolatis pedicellum superantibus, dentibus calycinis elongatis subulatis tubo basi gibboso 3—4plo brevioribus, leguminibus . . . . .

**Hab. in deserto Kirghisorum pr. Juskuduk! (EVERSMANN in herb. reg. berolX 4\***

A subsequente, cui habitu rffinis, dignoscitur foliis 1- V. Sjugis cum impari, foliolis praesertim foliorum superiorum latioribus brevioribusque. Calyx curvatus, magis elongatus,  $\frac{1}{2}$  longitudinis totius floris occupans: tubo basi eximie gibboso, profundius 5ido: dentibus longioribus angustioribusque. Corolla (ex schedula Eversmaniana) pallide rubra.

70. *A. lasiophyllus*: caulibus abbreviatis erectis v. adscendentibus pilis bipartitis adpressis sericeo-incanus, stipulis submembranaceis ovatis oblongisve intus glabris, foliolis oblongis 7—8jugis petiolisque et pedunculis hispida: pilis plurimis simplicibus patentibus intermixtis nonnullis bipartitis adpressis, floribus subgeminis breviter pedicellatis, pedunculis folio brevioribus, bracteis ovatis pedicello subbrevioribus, dentibus calycinis subulatis tubo basi gibboso 4plo brevioribus, leguminibus . . . . .

**Hub. in littore orientali m. caspii! (KARELIN). 4.**

Habitus duorum praecedentium et imprimis *A. erioceratis*, sed superficie, foliorum numero aliisque notis indicatis differre videtur.

71. *A. megalanthis* (DEC. *Astragal*, p. 131. JNr. 53. t. 20) diffusus adscendens pilis adpressis basi affixis subincanus, stipulis ovato-lanceolatis intus glabris, foliolis ellipticis 7—11jugis, floribus in racemo ovato demum subelongato erecto-patentibus deinuni subreflexis, pedunculis folio subbrevioribus, calycibus vesicariis: dentibus tubo 3plo brevioribus, leguminibus deflexis ovatis triquetris mucronatis villosis hispida calycem vis excedentibus bilocularibus.

**A. niogalanthus.** DEC. *Prodr.* II, p. 288. T. LEDEB. Fl. oil. M<sup>307</sup> «

**A. saxatilis, floribus ulbis in specie brevem digestis, siliqua birsuta.** MESSERSCHM, in AMMAN, *ritl.* p. 122. Nr. 163.

**Cajanus mefulanthus.** SPRINGER (ex DEC. I. c.).

ib. in Sibiria\* altaicac collibus apritis! (FL. ALT.), ad fl. Jonisei (MESSRR-SCHMIDT CX AMMAIV.). 4.

72. *A. saccocalys* (SCHRENK. *Enum. pi. nov.* p. S3) caulescens iliffu-  
\*.:s, stipulis ovato-lanceolatis, foliolis (9—11) ovatis oblongisve acutius-  
t-illis muticis setis bipartitis patulis hirtis, racemis axillaribus foliorum  
Jongitudine, pedicellis bractea lanceolata brevioribus, calycibus fructi-  
ferte vesicariis oblongis: dentibus tubo subtriplo brevioribus, leguminibus  
sublinearibus acuminatis pilosis calyce inclusis.

Hab. in descrti soongoro-kirghisici promontorio mont. Labassy (SCHRENK). 4.

Proximus *A. megflantho*, a quo distinguitur foliis setis patentibus  
saepe flexuosis hirtis, calycis dentibus longioribus (?L.)> pracsertim  
vei'o leguminibus angustis sublinearibus.

Habitu *A. inegalantho* similis, foliis atque indumento cum *A. dif-  
fuso* convenit. Radix perennis, descendens. Caules breves, albi,  
foliis, pedunculis crassis atque racemis cinereis. Corolla 11—12 lin.  
longa. A lac carinam aeqtiantes, vexillo paulo breviores. Calyces fructiferi  
turgidi, oblongi, setulis albis hand copiosis setulisque paucissimis nigris  
adpersi: tubo 7 lin. longo; dentibus sublinearibus subinaeqialibus 2  
v. 3 lin. longis. Legumen longitudino calycem aequans, seti illo ml-  
tum angustius, lon^o acumine acuminatuin et (cum acumine) 9 lin\*  
circiter loigum, 2 lin. latuin, pilis albis patentibus hirtum, biloculare.  
Scmina in quovis loculo 3 v. 4? subtrapezoidea, brunnea (SCHRENK l. c.).

73. *A. vesicarius* (L. SP. 1071) diffusus pilis adpressis centro  
affixis canus, stipulis lanceolato-subulatis, foliolis oblongis ellipticisve  
5—7jugis, spicis subcapitatis, pedunculis folio longioribus, calycibus  
hirsutis pube nigra adpressa et pilis albis patulis; fructiferis vesicariis,  
leguminibus oblongis calyce paulo longioribus hirsutis sessilibus seini-  
bilocularibus.

*A. vesicarius*. DEC. *Astragal*, p. 91, Nr. 15. — Ej. *Prodr.* //, p. 288.

*A. dertilbatus*. PALL. *Astragal*, t. 23. f. 1.

l. albidus. WALDST. et KIT. *pi. rar. Hungar.* /, p. 39. t. 40. — WILLD. *Spec.  
pi. III*, p. 1293.

*A. glaucus*. M. a BIKB. *Fl. t. c. II*, p. 186; *III*, p. 488. — BESSER. *Enum.* p.  
29. Nr. 933. — EICHW. *8ki\*xe*. p. 167..

*A. mixtus*. M. a BIEB. *Cent. pi. rar. rosti. I*, t. 26.

*A. hybridus*. WILLD. *herb.* Nr. 13,976. fol. 2. 3.

Hab. in Rossia australi [Podolia austr.! (ANDRZ. CX BESSER, EICHW.), pub.  
Cberson! (PALL., EICHW)] et Tauria (PALL., M. a BIEB.). "&

74. *A. albicaulis* (DEC. *Astragal* p. 132. Nr. 59. t. 21) erectus  
basi fruticulosus pilis adpressis centro affixis canescens, stipulis ovatis  
lanceolatisve acutis, foliolis oblongo-ellipticis 3—4jugis, spicis subcapi-  
tatis, pedunculis folio longioribus, calycibus adpresse albo-pilosis (j)ilis  
longioribus patulis plerumqie nullis); fructiferis vesicariis, leguminibus  
oblongis calyce subduplo longioribus albo-villosis sessilibus subbilocu-  
laribus.

*A. albicaulis*. DBC. *Prodr. II*, p. 189. — PERS. *Syn. II*, p. 338, — KAREL. et  
KIRTL. *Enum. pi. alt.* Nr. 251. — C. KOCH in *Linnaea* XV, p. 719.

*A. dealbatus*. PALL. *Astragal*, p. 26. Nr. 30. t. 23. f. 2. 3 (excl. syn. et i|g. 1)-  
\*o WILLD. *Spec. pi. III*, p. 1263. — M. a BIEB. *Fl. t. e. U*, p. 186 Coxl. syn.  
GMI.L.)5 *III*, p. 488. — EICHW. *casp. cane.* p. 1. 3. — *Curs I ml.* <l.

GOBFL *It II* p. 270.

A. vasicarius. PALL. *It. II*, p. 329. — GEORGI. *Beschreib. d. RUM. H. HI.* p. 1186 (excl. pi. Sicversii); *Nncktr.* p. 297.

A. hybridus. WILLp. *herb.* Nr. 13,876. fdl. 1.

A. villosus, erectus, sicut et pius, floribus flavescens. AMMAN, *ruth\** p. 125. in *IG*.  
Oxytropis dealbata. PJ:HS. *Syn. II*, p. 334.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain (PALL., M. a BIUB.) et Wolgam (M. a BIEB.) inferiorem! (CLAUS) pp. Samara (AMMAN.) et Astrachan (EICHW.), in deserto raspio (PALL.), pr. Gurjew (SOKOLOFF ex PALL.), ins. Swatoi m. caspii (EICHW.)] et provinciis caucasicis [locis apricis siccis ceteris (VE. a BILB.), Soichetia (C. KOCH.)] in montibus uralensibus Gubcrlink! (CLAUS) et altaicis des. soongoro-kirgliisici pr. Ajagus (KARKL. et KIRIL.) %.

Incertus sponda, an jure ab antecedentibus separatur. Per unique in eo differt, quod caulis magis erigitur et basi frutescit. Folia plerumque 3- v. 4-, nec 5- v. 7-juga. Spica paulo longior. Calyx pilis longioribus albis patulis destitutus. Legumina non nihil longiora et subbiloculata. Dantur autem specimen intermedia, alia nempe caule praedita non nisi ipsa basi vix frutescente, foliolis 5-jugis, caeterum A. albicauli simillima et calyce pilis arete adpressis, patulis vero nullis instructo, qualia ipse in gub. CiPrson legi; alia caule et foliorum numero ad A. albicaulem, calyce vero ad A. vasicarium spectantia, quae, in mont. ural. lecta, am. CLAUS debeo.

75. *A. suffruticosus* (DEC. *Astragal*, p. 52. Nr; 5 (excl. syn.). — *Ej. Prodr. II*, p. 257) diffusus suffruticosus villosus, foliolis ovato-oblongis 7—10-jugis, spicis capitatis paucifloris pedunculatis folio aequalibus, vexillo alio paulo longiore, calyce subinflato villosus, leguminibus patulis subtrigonis villosis.

Hab. in Sibiria transbaikalensi (DBC). 4 t.

Caulis basi fruticosus, cylindricus, 3—10 centim. altus, ramosus: ramis herbaeis, incano-villosis. Stipulae binae, lanceolatae, acuminatae, fere glabrae. Petiolus 5—6 centim. longus, pubescens. Foliola 15—21, sessilia, opposita, ovato-oblonga,\* superne et inferne molliter villosa, 8—10 millim. longa, 4—5 lata; impari sessili. Pedunculi axillares, teretes, subvillosi, folio breviores aut subaequales. Flores 5 — 6, spicatosi, capitati, subsessiles, majusculi. Bractae setaceae, villosae, pedicello distinctae. Calyx cylindricus, dein paulo inflatus, tandem superne fissus, extus villosus, 5 fidus: laciniis acutis, aequalibus, linearibus. Corolla purpurascens, calyce duplo longior. Vexillum oblongum, obtusum, alas superans. Alae stipitatae: limbo oblongo, angusto, hinc basi imbricato. Carina alio brevior, obtusa. Ovarium oblongum, pubescens. Stylus rectus, apice subincurvus. Legumen patulum, ovatum, subtrigonum, acutum, compressum, villosum, biloculare, 1 centim. longum. Senna 3—5 in quoque loculo, reniformia, rotundata, fusca (DEC. *Astragal. I-c*).

76. *A. slenoceras* (C. A. MEYER in BONGARD et MEYER *Suppl. FL alt.* Nr. 77. 3) suffruticosus diffusus pilis adpressis candidis, caulibus elongatis, foliolis oblongis 5—7-jugis, pedunculis folio subduplo longioribus paucifloris, floribus subumbellato-racemosis subsessilibus, dentibus calycinis abbreviatis obtusis patulis, leguminibus rectis erectis linearibus subulatis triquetris adpresse albo-nigroque setosis calycem 4-partito multibus (BUNGE). %

*A. ceratoides*. BUNGE. *Enum. alt.* p. 71 (non M. a Bum. ex C. A. MEYER; — , excl. *syriaci*. *A. angarensis* TUHCZ.). — KAKEL. et KIRIL. *Enum. pi. Fl. alt.* Nr. 250.

*A. ceratoides* a. *rampestris*. LEDEB. *Fl. alt.* III, p. 306 (excl. Synon. praeter PaUasii).

*A. subulatus altaicus*. PALL. *Astragal*, p. 23 var. *fi. t.* 20. A.

Hab. in Sibiria altaica [deserto barabensi pr. Loktewsk! et ad Il. Irtysch! (FL. ALT.)] in deserto soongoro-kirgliisico (KAKEL. et KIRIL.)]\* 2].

Stipulae albae, calyx superne albido-inferne nigro-pubescentis, dentes nigri brevissimi sinibus amplexibus interstincti, flores purpurei, legumina recta, plus quam pollicaria J lin. lata (BUNGE l. c.).

77. *A. ceratoides* (M. a BIEB. *Fl. t. c.* III, p. 429) subherbaceus cretiusculus viridis pilis adpressis sparsis, caulibus elongatis, foliis oblongis acutis emarginatisve 6—9jugis, pedunculis folia plus duplo superantibus, floribus capitato-racemosis subsessilibus, dentibus calycinis abbreviatis obtusis rectiusculis, leguminibus rectis erectis maturis nutantibus lineari-subulatis triquetris adpresso nigro-setosis calycem quadruplo superantibus (BUNGE).

*A. ceratoides*. DEC. *Prodr.* II, p. 284.

*A. ceratoides* ? *montanus*. LEDEB. *Fl. alt.* III, p. 306.

*A. stenolobus*. BUNGE. *Enum. alt.* p. 71.

Hab. in Sibiria altaica montosis ad fl. Tscharysch, Kan etc! (FL. ALT.). 4-

Stipulae virides, calyx ex toto nigro-pilosus: dentibus vere ut in praecedente, 11 res purpurei, legumina mat. lina nutantia, recta, 14—15 lin. longa, lineam lata, exacte triquetra, adpresso nigro-setosa. Icon Pallasiana inter hunc et praecedentem ambigua (BUNGE l. c.).

Specimina *A. ceratoidis* in herb. M. a BIEB. hunc nee antecedentis in spectare refert el. C. A. MEYER in BONGARD et MEYER *Suppl. Fl. Alt.* Nr. 77.

78. *A. pycnolobus* (BUNGE *Enum. alt.* p. 72) herbaceus erectus strictus viridis pilis adpressis sparsis, caulibus elongatis, foliis oblongis, oblongo-lanceolatisve acutis 6—7jugis, pedunculis longissimis multiloricis, floribus breviter racemosis pedicellatis, dentibus calycinis subulatis, leguminibus rectis nutantibus lineari-oblongis triquetris adpresso setosis calycem plus duplo superantibus.

*A. ceratoidis* var. pr. *Syriac* lecta. LEDEB. *Fl. alt.* III, p. 306.

Hab. in Sibiria altaica pr. *Syriac* in campestribus! (FL. ALT.), nee non ad fl. *Kurtschum* (SCHANGIN et C. A. MEYER ex BUNGE). 4.

Habitus omnino alienus, foliis magnis, floribus racemosis, leguminibus multo brevioribus latioribusque ab omnibus antecedentibus recedens, attamen evidenter affinis. Pedunculi fructiferi usque ad 10 poll. longi, stipulae lanceolatae, acuminatae, foliola ad 8 lin. longa, calyces fere *A. macrolobi* (*A. macroceratis* C. A. MEYER), flores albi, legumina exacte triquetra, pendula v. nutantia, 8—9 lin. longa, H. lin-lata (BUNGE l. c.).

*A. virescens* KARELIN, in regione orenburgensi proveniens, e speciminibus inonipletis, leguminibus destitutis ad hunc v. antecedentem spectare videtur.

79. *A. subulatus* (M. a BIEB. *FL t. c. 11*, p. 11)3; *111*, p. 492. non DEC. *Astragal*, p. 53. Nr. 6) caulescens depressus pilis antraciss canis, foliolis linearibus oblongisve 3—4jugis, pedunculis folio longioribus, racemis paucifloris, floribus inferioribus remotioribus, dentibus calycinis lanceolato-subulatis, leguminibus erectiusculis lineari-subulatis triquetris subarcuatis adpresse albo-pilosis calyce 3—4plove longioribus.

*A. subulatus*. WILLD. *Spec. pi. HI*, p. 1289. — DEC. *Prodr. II*, p. 284. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. Xachtr.* p. 300.

*A. subulifonnis*. DEC. *Astragal*, p. 107. Nr. 33 excl. varr. /}. y. 6.

a. *tauricus*: floribus purpureis; superioribus approximatis.

*A. subulatus tauricus*. PALL. *Astragali* p. 22. Nr. 27. t. 20. A.

*A. macrocarpus*. PALL. *bid. Tav.* — GEORGI. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1188.

(i. *maeilentus*: floribus paucioribus purpureis, omnibus remote.

*A. subulatus maeilentus*. PALL. *Astragal*, p. 23. Nr. 27 var. 6. t. 20. D.

y. *tataricus*: floribus paucioribus ochroleucis, omnibus remotis.

*A. subulatus y. tataricus*. DEC. *Prodr. I. c.*

*A. subulatus y.* M. a BIEB. *FL t. c. II*, p. 194. — BESNIK. *Enum.* p. 29. JN. 940. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 250. — EJ. *Enum. Taliisch.* p. 107.

*A. subulatus*. EICHW. *Skixse* p. 167. — CLAUS *Ind. den. in GOÄLL It. II*, |>. ^E?.

*A. subuliforniis*. DEC. *Astragal*, p. 107. Nr. 33. var. y (€).

d. *proerior*: floribus ochroleucis remotis. C. A. MEYER *Ind. cauc* p. 141.

Hab. a. in Tauria! (PALL., M. a BIBB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.). 4.

f3. in Rossia australi [ad fl. Wolga et Achtuba (PALL.)] et Tiiuna<sup>1</sup> (IVL a BitB.). 4.

y. in Rossia australi [Podolia australi (AISDRZ. ex Bi:s.^.^, „...N^.. „„„ ad hi. uigrum (EICHW.), ad Tanain (M. a BIEB., HENNING) et Wolgum (M. a BIEB.) pr. Sawtow, Sarepta! et Astrachan (CLAUS), in deserto ciispio et cumano (M. a BIEB.) inque provinciis caucasicis! [in territorio Kli-sabethpol et pioviucia Taliisch pr. Tatuni (HOHENACK.)]. 4.

d. in provincia Taliisch pr. paguin Suwant, alt 670 hexap.! (C. A. McYtn; 4.

80. *A. corniculatus* (M. a BIKB. *Cent, pi rar. ross.* /, t. 43. — Kj. *FL t. c. 111*^ p. 492) procumbens suffruticosus pilis adpressis canis, foliolis linearibus 3—7jugis, pedunculis folio longioribus pouoittoris, floribus subumbellatis, dentibus calycinis lanceolatis, leguminibus subulato-triuetris subarcuatis patentissimis.

*A. corniculatus*. DEC. *Prodr. I*/, p. 284. — EICHW. *Ski\*\*e* p. 167. — Tuncz. *Cat. Baikql.* Nr. 356. — C. KOCH in *Linnaea XV*, p. 719.

*A. caulibus subramosis prostratis, floribus capitatis, leguminibus subulatis.*<sup>1</sup> G>IBL. *FL sib. IV*, p. 61. Nr. 66.

Hab. in<sup>1</sup> Rossia, australi [Podolia, Bessarabia, Cherson! (M. a .-i:° Sibiria altaica pr. Krasnojarsk! J. G. GMEL., TLRCZ.) et baikaleusi ad Angara fl. pr. Balu^ansk! (TUHCZ.). 4. 'b — In turcica proviucia Kars (C. KOCH).

'81. *A. arcuatus* (KARKL. et KIRIL. *Enum pi. alt.* Ni\ 247) suffruticosus diffuses pilis patentibus centro affixis sericeo-villosus, foliolis oblongo-cuneatis 4jugis, pedunculis folia 2 — 3plo superantibus paucifloris, floribus umbellato-racemosis breviter pedtcellatis, tie 11 films calycinis subulatis, leguminibus falcatis compressis villososericeis calyce duplo longioribus.

Hub. in OJui 11a « nituicao campestribus ad fl. Irtysch inter Omsk et Scipalinsk, nee non inter Dschartasch et Arkat deserti Koongoro-kirghisici (KAIUX. et KIIUL.). 4-

Pili centro affixi, apicibus divaricato-patentibus, qua pubescentiae in dole leguminibusque brevioribus atque folio I is cuneatis a proximo A. compresso bene distinctus.

S2. *A. compressus* (LEDEB. *FL alt. III*, p. 304. — Ej. *Ic. pL FL T08S*. t. 289) suffruticosus prostratus pilis adpressis centro affixis sericeus, foliois oblongo-linearibus sub-J- (rarius 2—5-) jugis, pedunculis folio 2—3-plo longioribus, floribus umbellato-racemosis breviter pedicellatis, dentibus calycinis lanceolato-subulatis, leguminibus erectis rectiusculis (maturis (ex BUNGE) arcuatis) linearibus compressis adpresse pilosis calyce 3—4-plo longioribus.

*A. compressus*. BUNGE *Knum. alt.* p. 72 in nota ad *A. pycnolobum*. — BONGARP et MKYHK *Suppl. FL all.* Nr. 76.

